



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

20. Quomodo Arriani obtenta ab Imp. Valente Ecclesia Catholicorum, interuentu Baslij Magni diuinitùs ab Ecclesia repulsi sint, forib. Ecclesiæ per preces Catholicorum miraculosè parentib. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

hæreticos semper malitia similes, etiam factio  
legio pares.

*Ex vita S. Basily Magni auctore Amphi-  
lochio qua habetur in tomis Law. Savij Ca-  
lend. Januarij. Quomodo Arriani obtin-  
ab Imper. Valente Ecclesia Catholicorum  
interuentu Basily Magni, diuinitus  
Ecclesia repulsi sint, foribus Ecclesie per-  
ces Catholicorum miraculose patentibus,  
demum ad preces Arrianorum clausis.*

## CAP. XX.

**P**ostequam à nobis discesserat Deo iu-  
sus Valens Imperator, petentem illam  
præclaram Constantinopolim, iterum  
facientem per Nicæam, adierunt Arriani he-  
resis hexarchi siue duces, & principes, pete-  
runtque copiam orthodoxum Dei populum  
eijciendi ex Ecclesia doctrinæ Catholice &  
Apostolicæ, eamque tradendi Arriani. Ita  
que tyrannus ille, indignus purpura, quod ab-  
ominanda hæresis patronus esset, illorum pro-  
cibus assensit, missaque militari manu, expul-  
lit fidelem populum, & dedit Ecclesiam Arri-  
anis. Multum igitur anxij pij omnes, nocti-  
que diuque Deum deprecabantur, ne sine  
Ecclesiam suam cedere in ius hæreticorum.  
Accessit autem ad eam urbem, puta Nicæam,  
communis Ecclesiarum defensor & aduoca-  
tus Basilius, veneruntque ad eum Catholicos  
omnes, clamantes & annunciantes ei illam ini-  
pulis ab Imperatore iniuriam. Quibus ille ait  
Cel-

Cessate à lachrymis filij charissimi: neque enim ad extremum permittet Deus, vt ita fiat, estote igitur longanimes, & Dei misericordiam sustinere. Abiens autem Constantinopolim vir sanctus, vt vidit Imperatorem Valentem, ait ad illum: Scriptum est ô Imperator: honor regis iudicium diligit, & Sapientia dicit: Iudicium regis, iustitia. Quare igitur tuum imperium voluit eijcere orthodoxos ex illorum Ecclesia, & constituere in ea cacodoxos, homines depravata sententię? Cui Valens: Iterum, inquit, ad contumelias reuertes Basilius? isthuc minimè te decet. At Basilius: Me verò, inquit, pro iustitia decet etiam mortem oppetere. Cumque inter se verba conferrent, ecce Demosthenes, epularum Imperatoris familiaris præfectus, hæreticis dum vult patrocinari, blasphemias vomens, committit Barbarissimum. Et Basilius: Eliam Demosthenem, inquit, vidimus sine literis. Sed cum ille adhuc instaret: Tuum est, ait, Basilius de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina coquere. Et ille pudens factus, ilicò obmutuit. Ait autem Basilio Imperator. Abi, & iudicis inter eos fungere officio: non ita tamen, vt immodico populi tui amore ducaris. Neque enim id par est. Et Basilius: Si iure inquit poteris meum culpate iudicium, & me iubeto ire in exilium, & orthodoxos eijce, & Ecclesiam dauidicam. Acceptis ergò à Valente literis, profectus est Nicœam, accitisque Arrianis, dixit:

Imperator vult, vt negocij, quod vobis est ad orthodoxis ratione Ecclesia, quam rapuistis, ego iudex sim. Tum illi: Iudica, inquit, sed ex sententia Imperatoris. Quibus Basilius Claudatur, ait, Ecclesia, & tam vos, quam Catholicos obsignate eam: primi que vos tres, atque noctes expendite in precibus, & deinde si vobis ad Ecclesiam euntibus illa patuerit perpetuo vestri iuris. Sin minus, nos vnam vigiliabimus noctem, & psallentes cum Litaniam ibimus ad Ecclesiam; & si nobis aperta fuerit, nos in aeternum eam obtinebimus. Quod si referata nobis non erit, sit vestra, vos que eam occupate. Placuit is sermo Arrianis: At orthodoxi contradicebant, affirmantes eum non quam ferre sententiam, sed extortam meam Imperatoris. At verò multo studio claustra Ecclesia, vtriusque partis hominibus postulabantibus, vt accuratissimè & cautissimè obseruaretur. Orantibus igitur ex decreto Basilij Arrianis tres noctes atque dies, ac deinde venientibus ad sanctam Dei Ecclesiam, & haereticis ibi ab hora matutina vsque ad sextam, clamantibus que Kyrie eleyson, non sunt reclusae fores, at tandem delassati, inanes descesserunt. Ad quos sanctus Basilius: Fecistis, inquit, vt eratis iussi: sed vt audio non sunt vobis aperta fores. Iam igitur etiam nos noctem vnam agemus vigilias, & cum Litaniam ibimus ad Ecclesiam: quae si nobis quoque referata non fuerit, vos eam ex mea sententia vobis usurpare,

te. Tollens ergo vir sanctus orthodoxum populum cum mulieribus & pueris exijt extra oppidum ad sancti martyris Diomedis ædem: factisque ibi vigilijs & matutinis precibus, produxit populum, cantans: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, miserere nobis: ingredienſque in vestibulum templi, uti etiam prius fecerant Arriani, dicit populo: Erigite sublimes manus in cœlum ad Dominum, & prolixè clamate Kyrie eleyſon. Quod cum faceret plebs, sanctus Episcopus illos consignans, iussit silentium fieri, terque signans fores templi, dixit: Benedictus DEVS Christianorum in sæcula sæculorum, Amen: populo autem pariter dicente, Amen, vi orationis contriti sunt vestes, deciderunt clauces cum pessulis, ostia tanquam valido concussa vento patuerunt, & cum impetu quodam ferrebantur ad parietes. Tum insignis ille Dei contemplator ita præcinuit. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Ingressusque in sanctum Dei templum cum omni orthodoxo populo diuinum fecit ministerium, ac deinde dimisit populum cum gaudio & pace glorificantem Deum, qui non despicit in se confidentes.

Innumerabiles autem Arriani eo comper-  
to miraculo, renunciarunt prauæ opinioni,  
nostramque sunt complexi Catholicam fidem.  
Imperator verò ut rem gestam cognouit, re-

Pp 5 spuit

spuit quidem Arrianorum prauę sententiam voluntatem: neque enim poterat Dei & dñi patris nostri Basilię iudicium reprehendere: at tamen cordis oculis obtenebratus, stat multorum permansit obstinatus & inextinguibilis, neque se ad Dominum voluit contere, atq; tandem infelicititer pugnans, in bello reddidit spiritum, palearum flammis crematus in Tracię partibus, inde missus in poenas ignis aeterni.

*Gregorius Turonensis libr. 1. de gloria martyrum cap. 80. De quodam heretico presbytero, qui in conuiuio consignatus ciborum prauertere volens Catholicorum presbyterum, illiq; illudere, ultione datus percussus, interijt.*

## CAP. XXI.

**S**emper Catholicorum inimica est heresis, & ubicunque potuerit tendere infidelitas, non obmittit, sicut illud est, quod quodam loco factum celebre fama profert. Mulier quędam erat Catholica, habens virum hereticum, ad quam cum venisset presbyter nostrę religionis valde Catholicus, ait mulier ad virum suum. Rogo charitatem tuam, ve pro aduentu huius sacerdotis, qui me visitare dignatus est, lætitia habeatur in domo nostra, ac præparatum dignis impendijs prandium epulemur cum eo. Promittente autem viro eius, sic se vt illa flagitabat facturum, aduenit & alius hereticorum presbyter, dixitque vir mulier-